UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63213

Visual Library

Nicola.de Vbal.vbi ſupra,nu.14.Eandem ipſam limitationem ampliat vndecim modis & ſublimitat quatuordecim. Ioannes de Neuiza.in ſylua nuptia.lib.ij.nu.53.quas refert,& ponit eaſdem Ampliatio. & limita Bernar.de Luco in regula cccclviij.

7 Limita ſeptimo,& primo vltra Chaſſa. quando pater fecit ſubſtitutionem pupillarem filio ſuo: nam tunc mater priuatur eius ſucceſsione.Ita probat text.in l.Papinianus.in.§. ſed nec impuberi.ff. de inoffic.teſta.& in c.ſi pater.de teſta.lib.vj.& vltra Docto. vbique, hæc eſt vera limitatio ſecundum Tiraq.vbi refert alios Doct. in legibus Connubia.in gl.v.nu.60.Arnoldus Ferronius in d.§.xj. Iacob.de S.Geor.in l.fi.nu.37.C.de edic.diui Ad. col.licet contrarium,& male, teneat Ioan.Coraſ.in l.precibus.nu.19.C.de impub. & aliis ſubſtitut.

8 Octauo limita in feudalibus: vt in c.j. de natura ſucceſs. feud.in vſib.feud.& quæ dicam in ſequenti regula.

REGVLA LXII.

ASCENDENTES in feudalibus non ſuccedunt deſcendentibus. Hanc regulam probat text.in c.j.in princ.de natura ſucceſ. fud. De iure regio text.in l.vj.tit.xxvj.par.iiij.Circa quam regulam vide notab.Maturinum Montanum in auth.de hered. ab inteſta.venien.colla.ix.pag.64.cum duabus ſeq.

Hanc regulam,vbi eam quadrupliciter limitat,ponit Bartholo. de Chaſſa.in tit.{des ſucceſsions}Rub.vij.§.vj.fol.251.col.iij.nu. 3. cum aliis. quas limitationes ad literam ante eum poſuit Franciſ. Cur.Iun.in tract.feudo.in ij.par.iij.partis prin.q.xvij. nu.42. cum ſeq.pag.278.

REGVLA LXIII.

ASSESSORI ante finem officij ſalarium non debet ſolui. Hanc regulam ponunt Bald.Paul.de Caſt.Alexã.in ij.notab. in l. diem functo.per text.ibi.ff. de offic.aſſeſſo. facit etiam text. in l.ſi ſeruus communis meus & caſtrenſis.ff.de ſtipula.ſeruo.vbi probatur, ꝙ ibi ſalarium debetur pro mercede laboris, tunc in fine tantum debet ſolui.

1 Amplia primo,idem eſſe in Medico.Ita probat glo.in l. vnic.in verbo,conſequantur.C.de ſuffrag.& ibi Bald.in 8.q.vbi probatur. ꝙ Medicus non debet habere ſalarium ab infirmo, niſi cum ſanus fuerit.idem tenet Bar.in l.j.in.§.diuus.nu.16.ff.de var. & extraordi. cognit.pro qua opinione eſt text.expreſſus & ibi Bar. expreſſe eum ad hoc notat.in l.archiatri. C.de profeſſ.& medic.lib.x. ita tenet Iaſ.in §.tripli.nu.56.Inſtitu.de actio.et vide Fel.in c.præsbyterum.nu.4.de homici.

2 Amplia ſecundo,idem eſſe in Aduocato.Ita ponunt Doc.in locis